

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Excitandum in Octiduana Recollectione, ardens virtutum desiderium, &
aliquot ex illis recensentur, quærendæ peculiari modo post
Recollectionem Octiduanam. Cap. IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

anima verò facile parabili & impedio carens. Et carnis quidem natura multo cum labore ab infestans liberatur vulneribus : Etemum ferrum sepè & amara medicamina adhibere necessarium est : in anima vero nihil est tale, sed tantum velle & liberè sufficit, & omnia correcta sunt. Et hoc sicut opus Dei prouidentia, quoniam ex corporis imbecilitate non nullum fieri nocumentum potest. Nam si etiam non agrotenuis, mors superueniens ipsum corrumpet, & omnino dissoluet. Totum vero nobis in animi sanitatis sum est &c. Quam igitur excusationem habebimus? quam veniam cum corporis quidem (vbi argumentum ergatur, & medici accersuntur, & mali dolor sufficit) tantam geramus curam, precipue cùm non magnum nobis damnum ex illius agritudine proueniat; animam vero contemnamus, & hoc cùm nec arguentum erogare, nec altos perturbare, neque dolores sustinere debeat, sed absque his omnibus eligendo tantum & volendo, omnem ipsius correctionem sacer possumus, & ipsam sciamus:

Danda igitur est opera, ut strenuè defecctus hos, fædantes valde animam nostram, ab eâ excludamus, qui præter alia mala, valde obfuscant intellectum nostrum, ne clarè agnoscamus, quid nobis faciendum sit, quidluc fugiendum, vnde cæco quodam modo in viâ Dei incedimus, semper hærentes in luto imperfectionum nostrarum, quia illarum fæditatem non agnoscimus, & ad vitæ sanctimoniam non progredimur, nec eins desiderio tenemur, depravatum habentes gustum ab iisdem imperfectionibus & peccatis. Quemadmodum enim, ut ait S. Gregorius Nyssenus, vbi acior aliquis fluxus visuum spiritum turbauerit, corporeis oculis uincidor ac gravior caligo est, propter crastinum cum tenebris cognitionem; sed si per curationem aliquam discessum ac dissipatum fuerit, id quod spiritum turbauerat, rursus lux si pura ac lucida pupille immiscetur, amica & commoda fit: eodem modo, quandoquidem in modum fluxus per fraudem aduersari, in visum ac speculatum animi vitiositas affuxit, sponte sua ratio ad tenebrosam & obscuram vitam per morbum caligini conciliata declinavit ac denegavit. Quiunque enim mala agit, odit lucem, vt Diuina vox ait: Malo autem ex rebus vniuersis evanescere & ad nihilum iterum redacto, denuo cum voluptate natura lucem conuerter, vbi id quod animi puritatem turbidam redebat, è medio excesserit.

CAPUT NON V.

Excitandum in Octiduana Recollectione & quotidianis meditationibus ardens virtutum desiderium, & aliquot ex illis recensentur, peculiari modo quaren-
dæ.

Quoniam verò altera conditio renouandæ nostræ animæ imaginis est, reddere eam

Deo quam simillimam, excitandus est animus in omnibus meditationibus nostris ad ardens desiderium omnis virtutis. Qui virtutem amant, 1.3. epist. inquit S. Idorus Pelusiota, ac sapientia studio te- 324. nentur inexplicibili quadam cupiditate flagrantes. Diuinan hanc facem in animis suis excitare minimè intermitunt, hoc quidem pro serio opere, alia autem omnia pro rebus leuioribz opera ducentes. Ac propterea parua esse videntur, que alij magna & ampla existimant: atque ea de quibus alij digladiantur risu habent, & que alij suscipiunt, pedibus proculant, calestiaqz sola expetunt. Cùm igitur ad huiusmodi chorum nomen tuum adscribere in animum induceris (scribit Strategio monacho) aquam profectò fuit, te insonnem anime oculum conservare, mimirum, ad attendendum studio virtutum. Siquidem suprà 114. vidimus, nos Deo reddi similes per virtutes, de opif. quas S. Gregorius Nyssenus appellat viuos colo- hom.c.4. res, quibus in nobis nativa Dei forma exprimitur. Vir- tutes porro per desiderium earum ardens & efficax accersuntur. Is enim Domini nostri mos est, inquit S. Chrysostomus, ut quoties videt animam aliquam multo desiderio promptitudineqz intenta spiritalibus infestantem, liberaliter illam gratia & opulentis donis suis locupletet. Merito ergo B. Laurent. Iust. dixit, Ad perfectionis fastigium virtutum deside- de inter. rio impellente pertinet: In ipso enim prorogatur gratia, conf. c. 9. dimicando subsistit peritia, additur robur, aduersario- rum debilitantur vires, virtus angetur, spe erigitur ani- mus, parentqz celestia virtutis, precedente ac concomi- tante concupiscentia, sancti naturam vicerunt, superauerunt demones, debellarunt mundum, subegerunt seip- pos, diripiuerunt celum, imitatores facti sunt Dei. Vir- tutum desiderium præcellit miraculorum operationem, prophetie donum, linguarum genera, interpretationem sermonum, sanitatum gratiam, cognitionem cœlestium, naturalium scientiam. Multi talibus ornati perierunt, virtutibus autem nemo. Semper virtutum desiderio munitus incedat qui celorum conatur dirigere regnum. Hinc dem S. Gregorius Nazianzenus, primo post Dei auxilium loco, ponit desiderium, causam sui profectus. Ita demum, inquit, progrediebamur Deo & cupiditate adjutoribus vientes.

Quocircà de eodem desiderio differens S. 1.84. in Bern. ait: Magnum bonum querere Deum, ego hoc nul- CANT. li in bonis animis secundum existimo. Primum in donis, vltimum in profectibus est. Virtutum nulli accedit, ce- dit nulli. Cui accedit, quam nulla precedit: cui prece- dat, que omnium magis consummatio est? Que enim virtus ascribi posse non quarenti Deum, aut quis ter- minus quarenti Deum: non pedum passibus, sed deside- riis queritur Deus. Et vtiique non extundit desiderium sanctum felix inuentio, sed extendit. Oleum magis est illi, nam ipsum flammæ est.

Et ita experientia docet, omnibus illis, quos Deus non repente, sed per decursum temporis, ad magnam sanctitatem euexit, prius illis indidisse ardissimum desiderium virtutis, quod tamen per nostram cooperationem his modis acquiritur:

115. **Primo**, Ardenti ex frequenti eius petitione. Ideo P. Petrus Faber, primus S. Ignatij socius, inter Monita Sodalitati Parmenti à se relictis, hoc quoque reliquit: *Vbi Sacerdos Christi Corpus ritè conficerit, aut excitatum ab arā sublimē populo premonstrarit, tum vos (quod in summis numerandū est donis) petetis à Deo famem stigmā iustitiae.*

Oīl. 1. 2.
An. n. 109.
Et l. 1. vi.
ix Fabri,
cap. 7.

Secundo, Excitatur hoc desiderium lectio librorum spiritualium affectui seruenti, præfertis eorum, qui vias Sanctorum continent.

Tertio, Excitatur piis colloquiis, ut patet experientia.

Quarto, Meditationibus vita Christi quotidiani accuratè factis.

Quinto, Denotā sumptione Sanctissimæ Eucharistie, & post eam sumptam diuturnā cum ea conuersatione.

Sexto, Consideratione vtilitatis, necessitatis virtutum & præstantie earum, per has enim intime & substantialiter Deum participamus.

Si quereras, quæ maximè virtutes nos faciunt similes Deo?

Respondeo, Omnes quidem nos similes Deo reddere, iuxta illam S. Gregorij Nazianzeni sententiam: *Bene sed agendo, si voles, fieri Deu: à Sanctis tamen hæ maximè dicuntur nos assimilare Deo:*

116. **Primo**, Puritas conscientiæ, sita in evacuatione vitiorum omnium, præsertim carnalium. **Vt. de inst.** **monach.** *vitiorum vacuitas*, inquit S. Basilius, ea est, per quam Dei imaginis, ad quam homo conditus est dignitatem ac decorum animus recuperamus, & similitudo quam Deo nobis est &c. *Quonobrem si per vitiorum evacuationem ad Dei similitudinem anima nostra characterem componere nobis in animo est, danda nobis sedulò opera est*, ne quid quoquo pacto profanatione nostrâ indignum faciamus. Ad hoc respiciat oportet, qui scutulonuntium remisit, ut videlicet nullo modo posteaquam iam Diuum veluti vas factus sit, virtuoso se vla polius patiatur. *Eag, imprimis secum versare in animo debet assidue*, cum ultra humana naturæ fines procerferit, vita se cudam instituto à corpore seiuicte tradidisse, Angelorum conuersationem dum sibi imitandam proponeat. *Quonobrem qui in Angelica iam dignitatis ordinem transierit, is si humanis se postea prauis affectionibus continxinet, pardi possit* affl. *cur, cuius se ferre, neque ex toto alba sunt, neque ex toto nigra, sed cùm sint dissimilium colorum mixtione variegata, & interpunkta, neque in albu numerantur, neque in nigris.*

Sap. 6. 20. *Hoc Spiritus S. innuit: Custoditio legum, consummatio incorruptionis est; incorruptionem facit esse proximum Deo. Græc est πεντεχήν ρέπων, id est, accurata & attenta diligentia, & cura leges servandi. Quæ vbi viget, ibi summa est conscientia puritas, & vacuitas vitiorum.*

117. **Secundo**, Similem Deo facit Patientia, quæ toleramus æquo animo, & sine perturbatione aduersa, & erga eos qui nos affligunt, expandimus viscera charitatis, eis pariendo, eos amando, eis benefaciendo. *Nilest*, inquit S. Chrysostomus,

quod si Deo similes faciat: vi malignis atque ledeni- bus esse placabilem. Et alio in loco, similitudinem ad quam homo à Deo factus est, ait in eo litam esse, *vt pro viribus humanis similes similius Deo, man- suetudine & lenitate.* Hinc Ecclesia dicit: *Deus, si proprium est, misereri semper & parcere.* Confirmauit hoc Dominus S. Gertrudi, quæ cum eo col-

loquens dixit: *Reuelasti mibi &c. Quod vniuersalior infiducia seu gravior est passio, eo puriorē clarificationem ani- pie, me prestat.* Et specialius afflictio vel exercitatio cordis in humilitate, patientia, & similibus, tantò magis anime candore colorant, quamvis eam vicinius efficiat, & proprius tangunt. Ideo Spiritus sanctus, *In pauci sap. 35. rexato, & à Deo tentatos, dicit inuenitos esse dignos se.*

Merito, quia similes sunt Deo; tam multa pro nobis in Christi humanitate passio, & nunc tot blasphemias & peccata hominum patienter tolerante, & parcente. Ideo benè Iacob appellavit vultum Esau, sibi anteā irati & se persequentes ob primogeniturā ius, & ob præemptam Patris Gea. 13. benedictionem, *vultum Dei*, cùm eum vidit mā. 10. suetum & lemen: *Accipe*, inquit Iacob ad Esau, *munusculum de manibus meis*; sic enim vidi faciem tuam, quasi videre vultum Dei. Sicut ē contrario, qui immisericors & impatiens est in aduersitatibus, & implacabilis aduersari, se Christi crucis onerantibus, quia similes Deo non est plura passio & plures offensas nostras tolerante, Deo dignus non est. Ideo Christus Dominus ait: *Qui Munct. non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me 10. 37. dignus.* Habuit huins rei radium à loco æternâ demissum & Seneca, qui ait, *Eff. spectaculum di. 1. de prot. gnuu, ad quod respiciat intentus operi suo Deu, & esse cap. 1. par Deo dignum, virum fortē cum malā fortuna compositum.* Ad hoc caput reducit milericordia erga afflitos, & variis miseriis pressos. Et ita S. Thomas ait, *per misericordiam nos assimilari Dio, 2. 2. q. 10. secundum similitudinem operationis: propriè enim 2. 4. ad. dicta misericordia in Deo esse non potest, quia, ut articulo præcedentem dixerat S. Thomas, Mi- 119. sericordia importat dolorem de miseria aliena.* Dolor autem propriè dicitur, nec in Deo, nec in illo beato est: *repugnat enim perfectioni Diuina naturæ, & statui beatitudinis caelestis.* Sed & Theodoretus idem sensit: *Qui observat præceptum illud Salvatoris, Estote misericordes sicut & Pater ve- 9. 10. Geal. ster caelestis misericors est, fit imago Dei per omnia.* Deus enim longanimit, condolens, & misericors est.

Tertio, Similem Deo facit Paupertas, demon- strata ex affectu erga Deum, in vnu tecum vi- lium & paucarum. *Qui Deus cognoscet, ei assimiliatur* (inquit Clemens Alexandrinus) *benefi- cies & quam paucisim sibi poterit indigenus, solum si non autem Deus nullā re indiget.* Hoc sensu S. Ambro- cap. 7. sius dixit: *Quicunque secularia negligit, ad magi- 1. 1. de- tabeat nem similitudinemq. Dei proprius accedit. Pura & nu- cap. 7. meris omnibus absoluta libertas est, inquit S. Iohannes 1. 1. ep. 14. Pelusiota, nullā omnino re indigere.* Quod quidem vt humane naturæ conditione sublimius ac præstantius, Diuino Numini tribuatuz. Secunda autem ab eā, pauci- opm

opus habere; quod quidem homines consequi, atque ad id peruenire possunt. Hanc igitur amplectamur: quam prima captum nostrum nunc excedit. Quin & Socrates, licet Ethnicus, aiebat, eum Diis maxime propinquum esse, qui minimis egeat.

120. *Quarto, similem facit Deo, Mansuetudo. Hominem factum ad Dei similitudinem, inquit S. Chrysostomus, est benignum esse ac mansuetum, Deo, & pro viribus, ratione virtutis, assimilari.*

121. *Quintus, Passionum dominum nos facit quodam Deos. Hinc S. Ambrosius ponderans illud Epithetum Moyli à Deo datum Exod. 7. Posuit deum Pharaoni; Etenim, inquit, vicit passio- num omnium, nec vultu captus seculi illecebris, que omniem istam secundum corpus habitationem, celestis puritate conuersationis obduxerat, mentem regens, car- nem subiciens, & Regia quadam autoritate casti- gans nomine Dei vocatus est, ad cuius similitudinem se perfecte virtutis libertate formauerat. Sic S. Grego- riūs Papa, Quoties, inquit, turbulentos motus man- suetudine restringimus, ad similitudinem redire Con- ditorū conanarū.*

122. *Sexto, similem Deo facit Constantia perseue- rans in bene cœptis exercitū virtutum. Magis de vita Deo propinquā similitudinem est, inquit S. Bernardus, in solit. col. in qua anima virtutis magnitudine, summi boni quasi gestat magnitudinem, & perseverantie in bono con- stantia, eternitatē eius incommutabilitatem. Sed maxi- mū, quando quis ita est in virtute fundatus, vt quodammodo nequeat ab illâ recedere, in quā occasione & difficultate ac aduersitate. Ideo statim addit: Super hanc autem, alia adhuc est similitudo Dei, instantū propriè propria, vt non iam similitudo, sed unitas spiritus nominetur, cum sit homo cum Deo unus spiritus, non tamū virtute volendi idem, sed expressore quadam unitate virtutis, aliud velle non valent. Et hanc unitatem inſtā col. 29. S. Bernardus appellat, clausulam omnia perfectionis, pro quā Christus orauit, dicens: Pater volo ut si- cuis ego & tu vnum sumus, ita & ipſi in nobis vnum sum.*

123. *Septimo, similem Deo facit vno mentis cum Deo per pias cogitationes de eo & affectua- fons. S. Basilius ait, Hominem Deo familiarem, per similitudinem quantum fieri potest, amicum & desideri- ratissimum offici si cogitationes suas, ab omni terrestri & corporali affectione animum perturbante, procul abducere, & que Divina sunt, pure ac sereno oculo ap- piecere satagit, absque vno festidio, luce ac splendore il- lorum saturatus.*

124. *Oitavo, similes nos facit, & Deo, vt Deus est, & Christo Deo vt homo est, toleratio iniuria- rum omnis generis, coniuncta cum tranquillitate animi, & lætitia ac desiderio eorum, & amore beneficentiæ nostris aduersariis exhibita in omni occasione. Nullus mortalium tot iniurias passus est vñquam, quot quotidie patitur Deus, per peccata à peccantibus: si ergo trackaberis male, & tolerabis pro Deo omnia, quæ displicent amori proprio, (vti sunt irrisio-*

nes, conuictia, contemptus, falsæ accusationes, vituperationes tuorum dictorum, factorum, detractiones, auersiones aliorum à te, fuga alio- rum à conuerstatione tecum, si non promoueberis ad speciosas, vel amoueberis à speciosis, & his similia) tolerando talia, & parcendo talibus,

assimilaberis aliquatenus Deo. Nam recte ait Coll. 11.

Abbas Chæmon apud Cassianum, Eum qui ad cap. 9.

imaginem Dei similitudinem peruerterit, similem

posiſſendo patientie & lenitatis affectum, nullus dein-

ceps peccantium viuus irasci, sed ventam potius eorum

condolendo & compatiendo implorare &c. posse ad il-

lud primum peruenire, per quod, (diligendo inimi- cicos & beneficiendi eis qui oderint nos) non so-

lum imaginem Dei & similitudinem praferamus, ve-

rū etiam filij Dei nuncupemus. Vt siuī, inquit, Filij Matth.

Patri vestri qui in celis est, qui facit oriri solet suum 5.45.

super bonos & malos, & pluit super iustos & injustos.

Et S. Gregorius Nyflenus ait, esse extre- um punctum l. de orat.

virtutis, si quis dimitat debitoribus suis, eumq; non in Remis-

amplius intra terminos humana natura conspici, sed deb. no.

ipsi Deo per virtutem assimilari, vt alius ille ipse Deus

esse videatur, dum facit ea, qua Dei solius est facere: de-

bitorum enim remissio proprium ac peculiare Dei munus & officium est.

Si quis igitur in suā vitā Diuina

natura insignia imitetur, illud ipsum quodammodo fit,

cuia in se evidencia simulacra atque incitamenta o-

ſtenderit.

Simili ratione etiam Christo incarnato si- miles erimus, in modo quodammodo in eum spiri- tualiter transformabimur. Et hoc est, inquit S.

Hieronymus, vi monit Apostolus, induere nouum in c. 4. ad

hominem, in modo induere Iesum Christum, vt alibi ait.

Qui igitur conuersationem illum imitari potest, &

riuieras in se exprimere virtutes, vt sit mansuetus, si-

cut ille fuit, & humili corde &c. Verberatus non ref-

pondat, maledictus non remaledicat, sed vincat in hu-

militate superbiam, iste induitus est nouum hominem:

Et dicere cum Apostolo potest: Vivo autem iam non ego,

riuit verò in me Christus. Præmiserat autem im- Gal. 2. 20.

mediate hæc verba Apostolus: Christo confixus

sum Cruci; quia nimis similitudo in Christi

Cruce, ob Christum portata, facit ita similem

Christo, vt quodammodo in eadem Christi

Cruce pendeat, qui talis est, vel in altera Cruce

prope illum crucifixus apparet, tanquam bo-

nus latro, & melior illo, qui eodem cum Chri-

sto die & loco crucifixus fuit. Declarauit hanc

veritatem Deus miraculosè non semel.

Primo, Dum Stephanum Presbyterum senem, co-

etum à Medicis carnem manducantem, frater eius se-

cularis pè vivens aliquo, vidisset, scandalizatus q; cap. 65.

fuisse, & valde contristatus, quod ex tantâ coninen-

tia atque abstinentia (erat enim Monachus) in extre-

mo vite sua tempore ad comedendas carnes deuolutus

esset, mox factus in exiasi, vidit quendam dicentem si-

bi: Quare sic de Presbytero scandalizatus es? quia illum

vehi carnis vidisti? Nescis quia necessitate compul-

sus, & propter obedientiam id fecit? nempe propter eā

scandalizari non debuisti. Nam si merita & gloriam

Pp 4 fratris

fratris tui videre cupis, retro conuertere, & vide: Conuersusq; vidit fratrem suum Crucifixum cum Domino. Ante adsum is, qui illi apparuerat: Ecce in qua gloria frater tuus est. Vndebat autem adhuc tunc frater iste. Hæc ad verbum scripta sunt in Prato spirituali magnæ authoritatis libro, quia in Concilio secundo Generali Nicæno, huius libri testimonio iconoclastæ refutati sunt.

Secundū, id ipsum Deus confirmavit alio exemplo quod refert Cæsarius narrans in Luckâ, domo Ordinis Cisterciensium, Laicum quendam Rudolphum, post matutinam preces sub diastantem, & orationes alias dicentem, vidisse Christum in aëre Crucis affixum pendente, & circa eum quindecim homines singulos in singulis crucibus, ex quibus decem erant Monachi, (hoc est Clerici) & quinque Conuersi. (Laici fratres) omnes ei bene noti, ut pote Congregatione sua profesi: cumq; stupefactus staret ob tam mirabilem visionem, Dominus de cruce clamauit: Nostri Rudolphe qui sunt hi, quos circa me vides erucifixos. Respondente Conuerso, noui Domine qui sunt, sed quid sit quod video, prorsus non intelligo. Subiunxit Dominus: Hi soli ex omni Congregatione mecum crucifixi sunt mea passioni vitam suam conformantes.

Tertiū, Hanc ipsam similitudinem cum Christo, expressit Dominus in Sanctâ Catharinâ Senensi: Qua cum accito ad se Raymundo Confessario suo (qui hoc postea scriptit in eius vitâ) quedam illo die sibi à Domino reuelata exponeret, & grandia quædam & inustata alia referret, Raymundusq; de quibusdam cogitaret apud se: Putasne vera esse omnia que dicit, simulq; intendit in faciem loquentis, subiò vidit faciem eius in viri barbati faciem transformationi; qui vir fixis oculis in eum respicens, valde illum terrefecit, erat enim facies oblonga, et atro media, barba non prolixâ, colore tritico. Majestatem quandam præserens, unde manifeste se Dominum ostenderet. Terribiliter itaque P. Raymundus, exclamauit: ò quis est, qui me respicit? Respondebit Virgo: ille qui est. His dictis maxime illa dispergit, & facies Virginis reddit. Quod ipse Raymundus eum scriptulæ sibi configit subdit, se coram Deo securè loqui, quia ipse Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi scit, quia non mentior.

Tolera ergo iudicia finifra, tolera verborum aculeos, irritiones, infamations tui, accusatio-nes fallas, & eris similis Christo pro te plura talia passo. Quam similitudinem cum Christo Domino tanti fecit S.P.N. Ignatius, vt in tertio modo, seu gradu, humilitatis nobis commen-darit, vt etiam nullo superaddito, si laus Dei par foret, ad maiorem tamen imitationem Christi, eligam potius cum eo paupere, spredo, & illuso pauperiem, contem-pptom & insipientie titulum amplecti, quam opes, ho-bones, & sapientia estimationem.

Nond, similitudinem cum Deo sic describit B. Laurentius Justinianus: Tunc anima conformatur Verbo tunc specimen eius, Sponsi assimilatur decori, tunc sapientia grata sedes efficitur, cum veritas in mente fulget, & mens in veritate se videt, cum amoris desiderio habitat in summis, & contemplationis pennâ

oleuatur in cœlestia: cum maturitatem animi custodiens, secum commoratur, semper pudica, ubique circumspœta, nil ritue agens quod conscientia evacuet gloriam, obliquet oculum, quo erubescat presentiam Verbi, quo confundatur in se, & cogatur faciem cordis auertere, tanquam confusam & percussam à splendore Verbi, à lumine Sponsi.

Hæc similitudo cum Deo, præcipuè spectat ad viros in cursu perfectionis prouectos, & valde appropinquantes ad destinatum metam virtutis. Quoniam vero ex similitudine nostræ animæ cum Deo, oritur eius magna pulchritudo, si amabiles fieri Domino volumus, (vt monet S. Chrysostomus) anima formositatem quotidie magna diligenter curemus. Deus enim (vt idem ait alio ep., ad loco) artem nobis dididit, per quam qui corpus ex deformi elegans reddere nequit; is animum vel ultima turpitudinis, in summam speciem reducere sufficit, adeoq; amabilem reddere atque adeo illicem, vt & Deum Regem omnium in suam concupiscentiam pelliciat; nemus viros bonos, iuxta ea que Psalmorum Cantor de hismodi pulchritudine anima absolvit: Et concupis-^{PC. 44. 12.}cet, inquit, Rex pulchritudinem tuam.

Dicimus, similem nos facit humilitas cum paupertate coniuncta, seu paupertas spiritus & rerum materialium. Praeclarè hac de re differit S. Gregorius Nyssenus: Finis vita cum virtute degenda est, vt quis numeri Diuino assimiletur. Atque id quod passionis & affectus expers, incorruptum atque immortale est, undeque hominum effugit imitacionem. Neque enim fieri potest, vt vita affectibus, perturbationibus, vitiis & castib; obnoxia, assimilemur penitus, & ex omnibus partibus ei natura, que neque perturbationes, neque casu, neque affectus vilos admittit &c. Verum nonnulla Deitatis propria, hominibus quoque proposita sunt, vt si velint illa asequi, imitando posint. Quoniam igitur hac sunt: vident milii sermo (id est Christus) Paupertatem & inopiam spiritus nominare, voluntariam animi humilitatem atque de-missionem, atque huic exemplum Apostoli nobis Dei paupertatem proponit, dum dicit: Qui cum duis fit, ^{2. Cor. 8.} proper nos pauper & egenus factus est, vt nos illius eg-^{9.} state diteceremus. Quoniam igitur cetera omnia, que circa naturam Diuinam conspicuntur, superant modum humane nature, humilitas autem coalita atque confusa nobis huic repentibus, & ex terra conflatur, & in terram defluentibus, est sita in eo quod à natura non est aliena, & à te prestari potest, dum imitatus fueris beatam formam ipse induisti &c. Imitemur ergo eum qui sponte suâ egenus fuit, qui vere beatus est, vt in quo possumus pro virili nostra parte assimilari ex eo, quod nostra voluntate egeni paupertatem secuti fuerimus, & beatitudini communione attrahamus & adsciscamus.

Vndecim, Castitas nos assimilat Deo. ^{130.} Castitas, inquit S. Climacus, bonum Deo maximè similiarem, & quantum possibile est homini similem facit Deo. Hinc castitatis virtutem Diuinam aliquo modo videri, ex ipso eius nomine, tradit. ^{1. de cast.} Melius, adductus à Photio: Ait enim Græcè dici

Sur. in A-
priili. p.
924.

326.

127.
1. de casto
conn. c.
12.

128.

129.

130.

131.

132.

133.

134.

135.

136.

137.

138.

139.

140.

141.

142.

143.

144.

145.

146.

147.

148.

149.

150.

151.

152.

153.

154.

155.

156.

157.

158.

159.

160.

161.

162.

163.

164.

165.

166.

167.

168.

169.

170.

171.

172.

173.

174.

175.

176.

177.

178.

179.

180.

181.

182.

183.

184.

185.

186.

187.

188.

189.

190.

191.

192.

193.

194.

195.

196.

197.

198.

199.

200.

201.

202.

203.

204.

205.

206.

207.

208.

209.

210.

211.

212.

213.

214.

215.

216.

217.

218.

219.

220.

221.

222.

223.

224.

225.

226.

227.

228.

229.

230.

231.

232.

233.

234.

235.

236.

237.

238.

239.

240.

241.

242.

243.

244.

245.

246.

247.

248.

249.

250.

251.

252.

253.

254.

255.

256.

257.

258.

259.

260.

261.

262.

263.

264.

265.

266.

267.

268.

269.

270.

271.

272.

273.

274.

275.

276.

277.

278.

279.

280.

281.

282.

283.

284.

285.

286.

287.

288.

289.

290.

291.

292.

293.

294.

295.

296.

297.

298.

299.

300.

301.

302.

303.

304.

305.

306.

307.

308.

309.

310.

311.

312.

313.

314.

315.

316.

317.

318.

319.

320.

321.

322.

323.

324.

325.

326.

327.

328.

329.

330.

331.

332.

333.

334.

335.

336.

337.

338.

339.

340.

341.

342.

343.

344.

345.

346.

347.

348.

349.

350.

VI. DE RECOLLECTIONE OCTIDVANA.

453

Eanadē dicit florem eius παρθενίαν, quasi παρθένος θεά,
quod eā virtute, homo similis Deo fiat. Huc
spectat egregiè dictum à Photio, *virginatum*
augmentum esse sufficientia, & accessus ad Deum
sibi sufficientissimum se solo. Quin etiam ipsas
virtutes (quae, vt suprà ostendit ex SS. Patri-
bus, faciunt hominem similem Deo) Virgines
nominarunt veteres Philosophi, vt obtemperat
Gregorius Neocæsariensis.

130. Dodecimū, similes Deo nos facit rerum mun-

danarum contemptus. Quā de re sic S. Ambro-
suis l.10. in Lucam: *Non aequalitatis ad Deum homi-*
m, sed similitudinis emulatio est. Solus enim Christus
est plena imago Dei, propter expressam in se paterna
claritudinem unitatem. Iesus autem homo ad imaginem
Dei est si propter initandam Diuina conuersatio-
nis similitudinem, mundum hunc Dei cognitione con-
temnat, volupitateq; terrenas Verbi perceptione despici-
at, quo alimus in vitam, vnde & corpus Christi edi-
mus, vt vita eterna possimus esse participes.

Decimotertio, beneficentia erga alios, Deo nos
similes reddit. Beneficentiam verò voco, omne
genus officij auxilij obsequij, quod homo pos-
sit præstare alteri id potenti, vel, eti non petat,
illo indigent. In quoniam enim statu, etiam in re-
ligioso paupere, potest exhiberi talis beneficentia,
proportione quadam cum beneficentia
diuitium. Quā de re sic S. Gregorius Nazianzen-
nus è suggestu nimis severum Praefatum allo-
cutus est: *Hac vñā in re patere te vinci, vt humanita-*
tenos superes. Nihil tam diuinum habet homo, quam
beneficentiam, ac benē de hominibus merendi studium.
Licet tibi nullo labore diuinitatem assequi, noli oblatam
diuinitati, adipiscende occasiōnem omittere. Cum
Christo imperiam geris, cum Christo provinciam ad-
ministras: ab illo gladium acceperisti, non tam vt eo vta-
ris, quam vt mineris ac terreas.

His ergo modis renouanda est tuæ animæ
imago, & assimilanda Dœ, declinando à malo
& faciendo bonum, iuxta finem communem
omnibus & proprium cuiusvis Congregationis,
quod non afferueris, nisi te viceris, & vita tua
rationem (*determinatione à noxiis affectibus libera*)
institueris. Hic enim scopus est piarum medita-
tionum.

C A P V T D E C I M V M.

Octiduana Recollectio ordinanda est etiam
ad pœnas Purgatorij euadendas, pro quā
re traduntur Motiva eas euadendi.

*1.p.q. 2.6. C*um duplex sit malum, culpæ & pœnae, &
plus habeat de ratione mali culpa quam
pœna, vt ait S. Thomas, imò propriè loquendo,
sola culpa & peccatum sit malum, vt ait S. Dio-
nysius Areopagita, & Abbas Theodorus apud
Tulcal. 3. Cassianum, & Cicero id lumine naturali agno-
uerit; tamen cùm iudicio hominum pro malo

habeatur quævis pœna, & sèpè magis hæc ti-
meatur quam culpa & offensa Dei, ad perfe-
ctam renovationem nostræ animæ, si uadeo, ita
hæc Exercitiæ Octiduana peragere, vt in iis (mo-
dis paulò post indicandis) libertatis ab omni
obligatione luendæ in hac vitâ & in purgatorio
pœna, ita, vt si te contingeret mori statim post
datum Exercitiæ finem, rectâ possis ire ad ca-
lum, sine ullis pœnis purgatoriij. Deinde vt vi-
tendo diutius, ita deinceps vitam tuam insti-
tuas, ne moriaris pœnas in purgatorio luiturus.
Hoc vt assecuraris, duo tibi ponderanda propo-
nam:

Primo, Causas ob quas optare debes, vt sis li-
ber à purgatoriij pœnis.

Secundo, Modos eas euadendi.

Cause mouentes ad euadendas purgatoriij
pœnas, sunt haec:

131. Prima, Gloria Dœ & gustus major qui enim
sine purgatorio it rectâ ad calum, citius
Deum glorificat, facie ad faciem eum aspiciens,
& suā pulchritudinē præsentia oblectans, qualem nō
habet is, qui est obnoxius pœnis purgatoriij: id-
eò Deus eriam sanctissimos homines, non ad-
mittit ad suum in cælis conspectum, quamdiu
residet in animâ obligatio pœnae aliquis luendæ.
Illi enim qui in celo sunt, sine ullâ maculâ Apoc. 14.
sunt, & sicut pater ac mater valde oblectatur vi-
dens filij sui pulchram faciem, nullâ maculâ 27.
sordidatam, ita simili modo talium aspectu &
in hac vitâ & in alterâ oblectatur Deus.

Secunda, Gloria Christi inde major exurgit,
quia magis dilatatur & apparet fructus Re-
demptionis nostri per Christi mortem, & vi-
tæ, & merita, peractæ, ei applicatus, qui rectâ
ad calum it, & viuit dispositus ad eundum re-
cta sine purgatorio.

Tertia, Maius ornamentum Ecclesiæ Sponsi
Christi est, si tu qui es membrum eius, non tan-
tum vixeris sine peccato, quantum fieri potest,
sed eriam sine obligatione pœnae, beneficio Sa-
cramentorum sanctæ Ecclesiæ ad id relictorum,
& beneficio auxiliorum gratiæ id prestantiam,
& beneficio operum supernaturalium, ac satis-
factionum ad hoc ipsum ob Christi Sponsi tui
merita conducentium, qui, vt ait Apostolus, Di-
lexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro eâ, vt illam Eph. 5.27.
sanctificaret & exhiberet sibi gloriosam, non habentem
maculam (peccati) aut rugam (pœnae) aut aliquid
huiusmodi (scilicet imperfectiones & defectus,
etiam inculpabiles) sed vt sit sancta & immacu-
lata.

*Quarta, Maius ornamentum est Curia cale-
stis, & gaudium, dum ed intrat anima, nullis in
purgatorio pœnis detenta & castigata, sicut ma-
ius ornamentum & gloria Regum Curiae est, si
eam intrent homines qui nullis ante debitis
& earcerum ignominis fuerunt infames.*

Quin-